



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hyperdvlia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

Testimonivm P. Mvttii Vitellesci Præpositi Generalis Societatis Iesv.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

placidè quiescebar, tam expeditè loque-
batur, vt nec morbi, nedum mortis sen-
sum vllum habere videretur.

Sic Illustrissimus Dux Angelus Cæsus
de Angelo nostro Angelorum Dominæ
deuotissimo.

TESTIMONIUM

P. MUTII VITELLESII
Præpositi Generalis Socie-
tatis I B S V.

Felicis memoriæ frater noster Ioannes
Berchmannus, iuuenis reuera fuit
innocentiâ ac puritate insigni, Angelicis
moribus, pietate admirabili, virtutibus
solidis, ac perfectis, Instituti nostri, regu-
larumque seruantissimus, omnibus qui
vnquam cum eo sunt versati, quocunq;
tempore aut loco per quamcunque oc-
casionem, summi semper exempli, aded
vt neminem repererimus, qui vnquam
in eo deprehenderit vel minimum defe-
ctum

ctum aut imperfectionem. Ita P. Mucius Vitellescus Societati I E S V Præpositus Generalis in epistola, quâ vitæ eius historiam à P. Virgilio Cepario scriptam probat.

TESTIMONIUM

Archipresbyteri Diesthemien-
sis.

Hic cum semel accuratè interiora Ioannis Berchmanni secum reputasset, hoc de eo eximium testimonium dixit: Angelum fuisse Ioannem, in eòq; Angelicam castitatem effloruisse, atque ad summam, dicturos omnes in Ioanne fuisse virtutum omnium thesaurum, Sic Archipresbyter ille.